

& cunctantur, atq; ubi iam à morbis ipsis apprehensi sunt, tūm demum cura-  
ri uolunt ac experunt. Quare artis potentiam magis ex merito admiremur, si  
quem ex clandestino morbo ægrū restituat, quām si impossibilibus & despe-  
ratis opem ferre moliatur. Nequaquā uero in ulla aliqua iam inuentarum arti-  
um tale quiddam inest, Sed quæ ex eis igne opificiū exercent, igne non præsen-  
te, ociosæ sunt. Vbi uero illum contigerunt, operosæ. Quæ item tractabili re-  
rum materia artem suā exercent, ueluti aliæ quidem lignis, aliæ corñs, aliæ scul-  
pendo tum ære, tum ferro, alijsq; similibus rebus earum quām plurimæ. Ope-  
ra porrò quæ ex hac materia, & cum huius materiæ instrumentis fiunt, tametsi  
facile retractari ac corrigi possint, tamen non magis uelocitate quām uelut de-  
cet perficiuntur, necq; defunctionie transsiliuntur, uerum si quod instrumentum  
desit, interim quiescūt, quanquā etiam illis cunctatio & tarditas ad opus com-  
modius absoluendum impedimento sit, Attamen opus laudatur & præfertur.  
Medicina uero aliquibus quidem ex suppuratione thoracis, aliquibus uero iu-  
xta hepar & rhenes, alijs autem per omnes corporis uentriculos ægrotanti-  
bus, eorum omnium inspiciendi potētia priuata est: quod ipsum apud omnes  
in confesso existit, alias tamen facultates coadiutrices adiuuenit, Vocis nimi-  
rum